... celeſtiſ ordinis ſcdm .m. tullium.

Proſlambanomenoſ.	Luna.
Ypate ypathon.	Mercuri.
Parypate ypaton.	Uenuſ.
Lichanoſ ypaton	Sol.
Hypate meſon.	Marſ.
Parypate meſon.	Iuppit.
Lichanoſ meſon.	Saturni.
Meſe.	Celu.

ſcdm boetiu.

Hypate meſon.	Saturnuſ.
Parypate meſon.	Iouiſ.
Lychanoſ meſon.	Marſ
Meſe.	Sol.
Trite ſinemm.	Uen.
Paranete ſinem.	Mercuri.
Nete ſinem.	luna.

QUI NERUI QUIBUS SIDERIBUS COMPARENTUR

Illud tantu interim de ſuperiorib; thethracordiſ addendu uidet quod ab hypate meſon uſque ad neten quaſi quoddam ordiniſ diſiunctioniſq; caeleſtiſ exemplar e. Namq; hypate meſon ſaturno ÷ adtributa. Parypate uero iouiali circulo conſimiliſ e. Lichanoſ meſon marti tradi dere. Sol meſon obtinuit. Triten ſinemmen uenuſ hab&. Paranete ſinemmenon mercuriuſ regit. Nete autē lunariſ circuli tene& exemplum; Sed marcuſ tulliuſ contra rium ordine facit. Nam in ſexto libro de republica ſicait. & natura fert ut extrema ex altera parte grauit ex altera autē acute ſonent; Quaobcauſam ſummuſ ille caeli ſtellifer curſuſ cuiuſ conuerſio ÷ concitatior acuto & excitato mouetur ſono. Grauiſ ſimo autē ibit lunariſ atq; infimuſ. Nam terra nona immobiliſ manenſ una ſede ſemp her&. Hic igit tulliuſ terram quaſi ſilentiu ponit ſcilic& immobile; Poſt hanc quip ximuſ a ſilentio ÷ dat lune grauiſſimu ſonu ut ſit luna pſ lamba nomenoſ; Mercuriuſ hypate hypaton; uenuſ parhypate hypaton Sol lichanoſ hypaton; marſ hypate meſon Iuppiter parhypate meſon Saturnuſ lichanoſ meſon Caelum ultimu meſe. Quae uero ſint haec immobileſ quae uero in totu mobileſ quae autē int immobileſ mobileſq; conſiſtant. Cum de monocordi regulariſ diuiſione tractauero erit locuſ aptior explicandi;

QUAE SIT NATURA CONSONANTIARUM

xxvii Conſonantia uero lic& aurium quoq; ſenſuſ diiudic& tamen ratio ppendit; Quotienſ enim duo nerui uno grauiore intendunt ſimulq; pulſi reddunt pmixtu quodamodo & ſuauem ſonum duaeq; uoceſ in unu quaſi coniunctae coaleſcunt tum fit ea quae dr conſonantia. Cum uero ſimul pulſi ſibi quiſq; ire cupit nec pmiſcent ad aure ſuaue atq; unu ex duobuſ compoſitum ſonu tunc ÷ quae dr diſſonantia.

UBI CONSONANTIAE REPERIANTUR

xxviii Inhiſ autē coparationib; grauitatiſ atq; acuminiſ haſ conſonantiaſ neceſſe e inueniri quae ſibi comenſurate ſunt id ÷ quae notam poſſunt commune habere menſura. ut in multiplicibuſ duplu quod ÷ illa parſ inſtituitur quae int duoſ ÷ terminoſ differentia ut int duo & quattuor binariuſ utroſq; metit. Int duoſ atq; ſex quatriplae binariuſ utroſq; metit; Int noue atq; octo eadem unitaſ eſt. quae utroſq; metiat. Ruſuſ inſuper particularib; ſi ſeſqualtera ſit pportio ut quattuor ad ſex eſt bina riuſ qui utroſq; metiat. Quiſ ſcilic& utrozq; ÷ differentia; quod ſi ſeſquitertia ſit pportio ut ſi octo ſenario comparentur idē binariuſ utroſq; me&itur. Id uero non euenit in ceteriſ generibuſ inaequalitatu quae ſupra retulimuſ ut in ſup partiente. Nam ſi quinariu ad ternarium

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. p.%2046 – Boetii geometria et musica
(http://www.e-codices.ch/en/sbe/0298/p.%2046)